

bit vitam æternam & perpetua gaudia: impios autem homines ac diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur.

14. Quatuor nimirum rerum complexu, universa quæ mundi hujus consummationem concernunt & consequuntur, comprehendunt: Quas antiquitus, Quatuor mundi novissima appellati usu receptum est: qualia sunt, 1. Mundi Consummatio. 2. Adventus Christi judicis. 3. Resurrectio. 4. Iudicium extremum.

I. CONSUMMATIO SECVLI.

15. De Consummatione Seculi perspicua sunt scripturarum testimonia, quæ ejus veritatem ac certitudinem irrefragabiliter evincunt: ut Mat. 5. 18. & cap. 24. 35. 1. Cor. 7. 31. 2. Pet. 3. 10. 1. Joh. 2. 17. &c.

16. Et quanquam D. Petro teste, semper sunt futuri ἐμπείρηται irrisores, qui hujus rei certitudinem in dubium vocare audebunt, tamen tam non Affirmativa nostre quicquam hoc officit, ut potius eandem firmiter corroboret ac stabiliat.

17. Hi ipsi enim furores documento esse possunt, necessario restare aliud seculum, in quo pœnas
daturi